


## МЕТРИЧЕСКІЯ ПЕРЕЛОЖЕНІЯ НѢКОТОРЫХЪ ОДЪ ГОРАЦІА.



Съ разрѣшенія историко-филологическаго факультета отведены въ текущемъ академическомъ году особые часы для упражненія студентовъ классическаго отдѣленія въ латинской просодіи и метриѣ. За неимѣніемъ русскаго руководства, упражненія эти производятся по извѣстному пособию Зейфферта <sup>1)</sup>, несомнѣнно удовлетворяющему справедливымъ требованіямъ, какъ по строгой методичности своей, такъ и по формальному изяществу и содержательности большинства сопоставленныхъ въ немъ примѣровъ. Книга Зейфферта не даетъ, однако, матеріала для усвоенія лирическихъ метровъ <sup>2)</sup>. Между тѣмъ, практическія занятія и тутъ представляются весьма желательными, ибо одно заучиваніе схемъ, въ связи съ грубо механическою скандовкой стиховъ Горациа или Катулла, явно недостаточны для сознательнаго уразумѣнія встрѣчающихся у этихъ писателей размѣровъ. Съ другой стороны, не годится, да и бесполезно привлекать къ самостоятельному воспроизведенію алкаической либо сапфической строфы такихъ учащихся, которые до тѣхъ поръ имѣли дѣло лишь съ дактилигами. Посему—цѣлесообразно, кажется, введеніе переходныхъ упражненій, состоящихъ, напр., въ переложеніи гексаметрами прочитанной и комментированной оды Горациа. Подобныя работы вызываютъ непрерывное и тщательное сравненіе выраженій и оборотовъ, допустимыхъ въ героическомъ и различныхъ мелическихъ метрахъ, т. е. приучаютъ къ особенностямъ этихъ послѣднихъ.

---

<sup>1)</sup> Moritz Seyffert, *Palaestra Musarum. Materialien zur Einübung der gewöhnlichen Metra und Erlernung der poetischen Sprache der Römer.* Erster Theil: Der Hexameter und das Distichon. Neunte Auflage. Halle, 1882.

<sup>2)</sup> Авторъ умеръ, не успѣвъ издать второй части.

Выигрывает оттого и стилистическая чуткость вообще, а, в частности, оценка приемов, которые употреблял сам Гораций в борьбе с версификационными трудностями. Кому приходится перелить в гексаметр стих: „Iunctaeque Nymphis Gratiae decentes”, тому сразу бросается в глаза, что в параллельном стихе: „Gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet” описательное „Gratia cum geminis sororibus” *вынуждено* разбромъ, в который форма „Gratiae” не укладывается. Но первое личное наблюдение неизбежно влечет за собой второе, менее элементарное: студентъ начинаетъ читать древняго автора глазами специалиста, наслаждаясь интимностью своего общенія съ текстомъ, а вѣдь къ этому прежде всего и долженъ стремиться молодой филологъ.

Парафразы Горациевыхъ одъ гексаметрами практиковались уже в древности, онѣ были въ обычаѣ и въ западно-европейскихъ школахъ со времени Ренессанса до начала нынѣшняго столѣтія. Чаще всего задавались, впрочемъ, в такихъ случаяхъ амплификаціонными цѣлями, что, конечно, существенно измѣняетъ постановку вопроса. Амплификаціи художественныхъ произведеній заслуживаютъ, по нашему мнѣнію, безусловнаго осужденія, тогда какъ возможно точный пересказъ стихотворенія другимъ разбромъ, извиняясь въ принципѣ специально дидактическими соображеніями, сохраняетъ всюду и въ выполненіи тотъ-же служебно-вспомогательный характеръ, а, стало быть, не въ состояніи затмить уваженіе къ подлиннику и тѣмъ самымъ исказить литературный вкусъ.

Нижеслѣдующія пять переложеній предназначены служить для студентовъ образчиками того, въ какомъ родѣ могутъ совершаться аналогичныя работы. Каждые 8 стиховъ оды I, 3 переданы семью стихами; двѣ оды: I, 4 и I, 15—строка въ строку; каждому тетрастиху одъ II, 13 и II, 14 соотвѣтствуютъ три стиха парафразы.

Въ текстъ Горация внесены кое-гдѣ догадки, которыя въ настоящемъ „изданіи” могли-бы найти себѣ мѣсто лишь въ примѣчаніяхъ: но здѣсь мы, разумѣется, считали себя въ правѣ предоставить большій просторъ конъектуральному элементу.

Такимъ образомъ с. I, 3, 16 дано чтеніе Льюнгберга. Удержавъ рукописную редакцію: „tollere seu ponere volt freta”, мы бы въ переложеніи написали: „ima ciere, Sublata ad stellas seu volt freta ponere rursus”. Тамъ-же v. 18 выраженіе „siccis” истолковано въ парафразѣ примѣнительно къ эмендаціи Пальдама. Но для тѣхъ, кто мирится со строфой, можно было сказать: „Luminibus siccis”. Тамъ-же v. 22 и v. 25 измѣнено преданіе „dissociabili” и „ruit per vetitum nefas”. Последнее превратилось бы въ: „Per vetitum ruit usque nefas”. С. I, 4, 8 мы теперь пишемъ: „*uexat* officinas”

(*codd. urit, uisit*), понимая это въ смыслѣ „потрясаеть“ (= *concutit, quassat*). Примѣры сопоставлены въ лексиконахъ s. vv. *vetaxamen, vexatio, vexo*. Нуженъ вѣдь именно коррелятъ къ предшествующему „*terram quatiant*“. Въ с. I, 15 стихи 21—32 переставлены по Л. Миллеру. Кромѣ того v. 21 sq. и v. 15 sqq. напечатаны съ тѣми (крайне, конечно, гадательными) отступленіями отъ нашихъ списковъ, которые формулированы въ *Крит. Комм. къ Гор.*, стран. 190 sqq.,—съ легкимъ, впрочемъ, разночтеніемъ v. 18. Наконецъ, с. II, 13 приняты vv. 15—16 поправки Лакхманна (*libri: Roepus, tismet*); тамъ-же v. 32 и v. 35 утилизированы конъектуры, о которыхъ см. *Крит. Комм.*, стран. 101, примѣч.; тамъ-же v. 17 отразилась на парафразѣ догадка Бентли *reducem (libri: celerem)*: но ничего не мѣшало отвлечься отъ нея, написавъ, напр. (v. 13 переложения): „*Marsa cohors missas Parthi post terga sagittas*<sup>1)</sup>“, *Italicum-Parthus robur metuitque catenas*”.

Изъ неточностей, допущенныхъ въ переложеніи, сожалѣемъ, собственно, лишь объ одной: II, 13, 29 „*sacro—siletio*” переданъ (v. 22) черезъ „*sacris*”. Менѣе смущаетъ насъ то, что II, 13, 30 слова „*timidos—lyncas*” игнорируются.

Жесткости въ образахъ не удалось избѣгнуть въ парафразѣ II, 13, 13 (*pila*) и 15 (*serpulgra*<sup>2)</sup>). Жесткость ритма оставлена с. I, 3, 7 переложения (элизія передъ 5-ымъ арзисомъ), но мы не рѣшились написать тутъ менѣе точное: „*serves animae penetralia nostrae*”. I, 3, 12 (переложения) *uno*<sup>3)</sup> поставлено, дабы не повторять *alter* или *ullus*. С. I, 4, 13 аллитерація подлинника могла быть сохранена въ переложеніи еще инымъ способомъ, а именно: „*Pallida Mors aequo pulsat pede pergulam egentis Regulesque arces (fores)*”. Тамъ-же v. 16 удовлетворительный смыслъ дало бы тоже: „*Urgebunt tenebrae te fabulam inanem*”.

Тутъ-же прибавимъ, что I, 15, 33—36 мы теперь считаемъ подложною строфой: несообразности содержанія и формальные недостатки ея въ одинаковой степени говорятъ за необходимость аеетизы.

Г. Зенгеръ.



<sup>1)</sup> Lucan. I, 230.

<sup>2)</sup> Исказила бы смыслъ оригинала редакція: „*Sed rapit et rapiet leti vis abdita gentes*“.

<sup>3)</sup> Cf. Martial. 3, 69, 3: „*nihil est te sanctius uno*“ и комментаторовъ къ Verg. *Aen.* I, 15. Ног. *epod.* 12, 4. *epist.* 2, 1, 18.

## Hor. c. I, 3.



Sic te diva poteus Cypri, sic fratres Helenae, lucida sidera, ventorumque regat pater obstrictis aliis praeter Iapyga, navis, quae tibi creditum debes Vergilium: finibus Atticis reddas incolumem, precor, et serves animae dimidium meae.	5
Illi robur et aes triplex circa pectus erat, qui fragilem truci commisit pelago ratem primus, nec timuit praecipitem Africum decertantem Aquilonibus, nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti, quo non arbiter Hadriae maior, tollere si pondera volt freti.	10 15
Quem mortis timuit gradum, qui siccis oculis moustra natantia, qui vidit mare turbidum et infames scopulos Acroceraunia? Nequiquam deus absceidit prudens Oceano dis sociabili terras, si tamen impiae non tangenda rates transiliunt vada.	20
Audax omnia perpeti gens humana luit pernicie nefas.	25

## Переложение оды I, 3.



Sic te diva potens Cypri, sic frater uterque  
Ledaeus, fulgens alterno sidere nautis,  
Ventorumque regat pater, adversisque revinctis  
Occiduum clemens iubeat modo Iapyga flare,  
Puppis, quae tibi creditum habes debesque Maronem:  
Mox mihi Cecropiae reddas e finibus urbis  
Incolumem et serves animae partem alteram Horati!

7

Illi robore erant triplicique rigentia ferro  
Pectora, qui fragilem pelago commisit hianti  
Sponte ratem primus, timuit nec proelia saeva  
Praecipitis Boreaeque Austriue aut Pliadas atras  
Aut vires rabiemque Noti, quo non viget uno  
Arbiter Hadriaci maior maris, ima movere  
Erutaque ad stellas cum volt freta tollere ponti.

14

Quam tremuit leti faciem, qui grandia cete  
Invictis oculis altoque Ceraunia dorso,  
Funestos vidit scopulos, hiememque furentem?  
Nequiquam deus Oceanum sapiente recludit  
Consilio divis terraue abiunxit inertis,  
Si vada tranantur nulli tangenda carinae,  
Impietasque valet naturae rumpere foedus.

21

Iapetionidum gens audax omnia ferre  
Pernicie prava orsa luit. Mens vafra Promethei

<b>Audax Iapeti genus</b> ignem fraude mala gentibus intulit: post ignem aetheria domo subductum macies et nova febrium terris incubuit cohors, semotique prius tarda necessitas leti corripuit gradum.	30
<b>Expertus vacuum Daedalus aëra</b> pinnis non homini datis; perrupit Acheronta Hercules labor. Nil mortalibus arduist: caelum ipsum petimus stultitia, neque per nostrum patimur scelus iracunda Iovem ponere fulmina.	35 40

## Hor. c. I, 4.

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni, trahuntque siccas machinae carinas, ac neque iam stabulis gaudet pecus aut arator igni, nec prata canis albicant pruinis.	
Iam Cytherea choros ducit Venus imminente Luna, iunctaeque Nymphis Gratiae decentes alterno terram quatiant pede, dum graves Cyclosum Volcanus ardens vexat officinas.	5
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto, aut flore, terrae quem ferunt solutae; nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis, seu poscat agna, sive malit haedo.	10
Pallida Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas regumque turres. O beate Sesti, vitae summa brevis spem nos vetat incohare longam. Iam te premet nox, fabulaeque Manes	15
et domus exilis Plutonia: quo simul mearis, nec regna vini sortiere talis, nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet iuventus nunc omnis et mox virgines tepebunt.	20

Sedibus aetheriis subductae semina flammae  
 Suffecit populis. Dolor hinc et livida tabes  
 Et nova morborum telluri turba gementi  
 Protinus incubuit, quondamque remota satelles  
 Fati corripuit tardos Mors sedula gressus. 28

Intrepidus vacuas expertus Daedalus auras  
 Pinnarum levitate vaga vetitoque volatu;  
 Perrupit labor Hercules Phlegetontidas undas!  
 Ardua nulla satis nostris conatibus arx est:  
 Caelum ipsum stulti petimus, neque crimine crimen  
 Atque immane nefas cumulando dira Tonantem  
 Ultrici patimur dextra deponere tela. 35

## Переложение оды I, 4.



Solvitur acris hiems grata vice veris et almi  
 Aurarum Zephyri. Siccam trahit in mare navem  
 Machina, ovat nec bos stabulis ignive colonus,  
 Nec iam canescunt torpentia prata pruinis. 4  
     En Cytherca choros ducit, Phoebeque micante  
     Gratia cum Nymphis geminaque sorore decentes  
     Alterno terram quatiunt pede, Mulciber ardens  
     Cyclopum gravibus dum fulmina tundit in antris. 8  
 Nunc decet aut viridem nitidae praecingere fronti  
 Myrtum, humus aut flores generat quos libera vinclis;  
 Nunc Faunoque decet lucis mactare in opacis,  
 Sive agnam poscat, sive haedum malit olentem. 12  
     Pallida Mors aequo pulsat pede pauperis artum  
     Regalemque larem. Mi Sesti, sorte beate,  
     Vitae summa brevis spem nos intendere longam  
     Non sinit. Urgebunt tenebrae, simulacraque Manes 16  
 Et domus exilis Plutonia: quo simul exos  
 Migraris, credes neque talis regna Falerni,  
 Nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet omnis  
 Nunc iuvenis, valido mox virgo quaeque tepebit. 20

## Hor. c. I, 15.

Pastor cum traheret per freta navibus  
Idaeis Helenen perfidus hospitam,  
ingrato celeres obruit otio  
ventos, ut caneret fera

Nereus fata: „Mala ducis avi domum,  
quam multo repetet Graecia milite,  
coniurata tuas rumpere nuptias  
et regnum Priami vetus. 5

Eheu, quantus equis, quantus adest viris  
sudor! quanta moves funera Dardanae  
genti! Iam galeam Pallas et aegida  
currusque et rabiem parat. 10

Non Laërtiaden ex Ithaca vehi  
Sentis? non Pylum Nestora respicis?  
Urgent impavidi te Salaminus  
Teucer, te Sthenelus sciens 21

pugnae, sive opus est imperitare equis,  
non auriga piger. Merionen quoque  
nosces. Ecce fuit te reperire atrox  
Tydides, melior patre: 25

quem tu, cervus uti vallis in altera  
visum parte lupum graminis immemor,  
sublimi fugies mollis anhelitu,  
non hoc pollicitus tuae. 30

Nequiquam Veneris praesidio ferox  
pectes caesariem grataque feminis  
imbelli cithara carmina divides; 13  
nequiquam thalamo gravem 15

hastam atque Idomenei spicula Cnosii  
vitabis, rigidumque et celerem sequi  
Aiacem: tamen, heu serus! adulteros  
crines pulvere collines. 20



## Переложение оды 1, 15.

- Perfidus hospitii laeso male foedere pastor  
 Idaea traheret Helenen cum per freta pinu,  
 Ingrata requie ventorum flamina Nereus  
 Trux rapida oppressit, voce ut caneret fera fata 4
- Veridica: „Sedem in patriam rapis alite tristi,  
 „Mox repetet multo quam Graecia milite, taetras  
 „Coniurata tuas moechaeque exstinguere taedas  
 „Dardanidaeque vetus Priami pessumdare regnum. 8
- „Ehen, quantus equum, quantus per gnava virorum  
 „Membra fluit sudor! Troianae funera genti  
 „Quanta moves! Galeam iam Pallas et aegida, currum  
 „Quadriugemque parat, stimulis accensa furoris. 12
- „Non Laërtiaden sentis Ithaca properantem, 21  
 „Demens? non Pylium iam Nestora cervis adesse?  
 „Te simul impavidis animis Salaminus urgent  
 „Teucer, te Sthenelus ferro decernere doctus, 24
- „Sive opus est bigas frenis tortoque flagello  
 „Flectere, non auriga piger. Nosces quoque fortem  
 „Merionen. Quin ardet atrox en te reperire  
 „Tydides, ipso maior potiorque parente; 28
- „Quem tu, cervus uti, lupus est cui visus in agri  
 „Partibus extremis, viridantia gramina mittit,  
 „Ignavus fugies, resupinans guttur anhelum,  
 „Non haec largitus tenerae promissa Lacaenae. 32
- „Nequiquam Paphies ope praesidioque superbus 13  
 „Pectes caesarum citharaque imbelli sonante  
 „Femineos coetus mulcebis carmina fundens,  
 „Nequiquam thalamis hastarum pondera saeva 16
- „Cnosiaque Idomenei vitabis spicula inaudax  
 „Ac rigidum nec non celeri pede terga prementem  
 „Aiaces: tamen, heu! sero, tibi pulvere vultus  
 „Et coma turpanti squalebit adultera ta bo. 20

Iracunda diem proferet Ilio 33  
matronisque Phrygum classis Achillei;  
post certas hiemes uret Achaicus 35  
ignis Iliacas domos“.

## Hor. c. II, 13.

~~~~~

Ille et nefasto te posuit die,  
quicumque primum, et sacrilega manu  
produxit, arbos, in nepotum  
perniciem opprobriumque pagi;

illum et parentis crediderim sui 5  
fregisse cervicem et penetralia  
sparsisse nocturno cruore  
hospitis; ille venena Colcha

et quidquid usquam concipitur nefas  
tractavit, agro qui statuit meo 10  
te triste lignum, te caducum  
in domini caput immerentis.

Quid quisque vitet, numquam homini satis  
cautumst in horas: navita Bosporum  
Thynus perhorrescit neque ultra 15  
caeca timetve aliunde fata;

miles sagittas et celerem fugam  
Parthi, catenas Parthus et Italum  
robur: sed improvisa leti  
vis rapuit rapietque gentes. 20

Quam paene fœrvæ regna Proserpinae  
et iudicantem vidimus Aeacum  
sedesque discretas piorum et  
Aeoliis fidibus querentem

Sappho puellis de popularibus 25  
et te sonantem plenius aureo,

|                                                |    |
|------------------------------------------------|----|
| „Iracunda diem tibi proferet, Ilion, atram     | 33 |
| „Matronisque Phrygum mens secedentis Achillei: |    |
| „Post certas hiemes comburet Achaicus ignis    |    |
| „Pergameas diro damnatas omine turres”.        | 36 |

## Переложение оды II, 13.

Ille et te posuit primum, arbos, luce nefasta,  
Sacrilegæque manu produxit in atra nepotum  
Funera et opprobrium famosi crimine pagi; 3

Illum et crediderim guttur fregisse parentis  
Nocturnumque focos sanctos sparsisse cruore  
Hospitis, aut sucos Colchum tractasse nocentes, 6

Quidquid et infandum mala mens conceperat usquam,  
Agro qui statuit nostro te, silva sinistra,  
Te caput in domini nil tale caduca merentis! 9

Numquam homini cautum satis est, quid vitet in horas:  
Cyaneas Thynus formidat navita cautes  
Nec timet ulterius vel caeca aliunde pericla; 12

Pila fugam Parthum redeem subitasque sagittas,  
Italicum Parthi robur metuantque catenas:  
Sed rapiunt rapientque viros inopina sepulcra. 15

Quam paene aspexi furvae Deoidis aulam  
Iuraque reddentem trepidantibus Aeacon umbris  
Elysiasque domos Sapphoque pudica gementem 18

Lesbiadum fastidia adhuc testudine blanda  
Et te dura ratis mala plectro plectris aereo,

Alcaeae, plectro dura navis,  
dura fugae mala, dura belli.

Vtrumque sacro digna silentio  
mirantur umbrae dicere, sed magis  
pugnans et exactos tyrannos  
deusum alacri bibit aure volgus. 30

Quid mirum? ubi illis carminibus stupens  
demittit atros belua centiceps  
hydros, et intorti capillis  
Eumenidum recreantur angues; 35

quin et Prometheus et Pelopis parens  
dulci laborem decipitur sono,  
nec curat Orion leones  
aut timidos agitare lyncas. 40

## Hor. c. II, 14.



Eheu fugaces, Postume, Postume,  
labuntur anni, nec pietas moram  
rugis et instanti senectae  
afferet indomitaeque morti;

non, si trecenis, quotquot eunt dies, 5  
amice, places illacrimabilem  
Plutona tauris, qui ter amplum  
Geryonen Tityonque tristi

compescit unda, scilicet omnibus,  
quicumque terrae munere vescimur, 10  
enaviganda, sive reges  
sive inopes erimus coloni.

Frustra cruento Marte carebimus  
fractisque rauci fluctibus Hadriae;  
frustra per autumnos nocentem  
corporibus metuemus Austrum: 15

Dura fugae mala, dura duelli, Alcaee, sonantem! 21

Dicere digna sacris manes mirantur utrumque,  
Sed magis exactos reges saevasque canentem  
Pugnas densa alacri vatem bibit aure corona. 24

Quin et Museo captus canis ipse lepore  
Tartareus spiras hydrorum evolvit inermis,  
Eumenidumque truces recreantur crinibus angues. 27

Quid quod decipitur docta dulcedine diras  
Aerumnas Pelopis genitor vinctusque Prometheus,  
Nec studet Orion rabidos agitare leones! 30

## Переложение оды П, 14.

Eheu, praecipiti labuntur, Postume, cursu  
Tempora, nec pia mens rugas, praesaga senectae  
Taedia, nec poterit fatum crudele morari,— 3

Non, si quoque die ter centenis tua caesis  
Religio tauris rigidum placaverit Orcum,  
Qui, bone, Geryonen triplicem Tityonque procaecem 6

Tristi compescit, nanda nempe omnibus, unda,  
Quicumque aetheriae seu reges vescimur aurae  
Munero, sive humiles erimus miserique coloni. 9

Sanguinei frustra Martis sudore carebis  
Raucisonique Hadriae fugies scopulis freta fracta,  
Autumnis frustra metues letalibus Austrum: 12

Visendus ater flumine languido  
Cocytos errans et Danai genus  
infame damnatusque longi  
Sisyphus Aeolides laboris. 20

Linquenda tellus et domus et placens  
uxor, neque harum, quas colis, arborum  
te praeter invisas cupressos  
ulla brevem dominum sequetur.

Absumet heres Caecuba dignior 25  
servata centum clavibus et mero  
tinguet pavementum superbo,  
pontificum potiore cenis.

---

*Поправка:* Стран. 9, стихъ 21, читать должно: „Non Laërtiaden  
properantem Ithaca rate sentis“.

---

Visendus Cocytos iners, nigrantibus errans  
Lymphis, et Danaï fera turba, labosque perennis  
Aeolidae urgentis iam iam revolubile pondus. 15

Linquendast tellus uxorque placens et avita  
Rure domus, nec te brevem erum, nisi dira cupressus,  
Ulla ex arboribus, quas nunc colis ipse, sequetur. 18

Quin etiam' absumet mox Caecuba dignior heres,  
Clavibus innumeris olim servata, microque  
Pontificum cenis potiori strata madebunt. 21

---

